

19

Ἡ Γερουσία ἐπανερχεται ἐπὶ τοῦ ζητήματος τῶν ὑπ' ἀριθ. 1 καὶ 16 θεσπισμάτων τοῦ παρόντος βιβλίου, δίδουσα προθεσμίαν δύο μηνῶν, ὅπως διεκπεραιωθῇ ἡ ὑπόθεσις ὅπως δήποτε, ἔστω καὶ ἐρήμην.

Ἐπισυνάπτεται ἡ αἴτησις, εἰς ἣν περιλαμβάνεται τὸ ἱστορικὸν τῆς ὑποθέσεως. 1353, Μαρτίου 7.

F^o108^{to}

Millesimo trecentesimo LIII, die VII Martij.

1

Capta. Cum ducali dominio fuisset porecta quedam petitio infrescripti tenoris consultum et terminatum fuit, quod scribatur duche et consiliarijs Crete de hac petitione nobis porecta et quod dent inde statum noticiam illis duobus camera-rijs qui protulerunt sententiam cum ser Donato Grioni nec non parti adverse et allijs quos factum tangeret, mandantes eis quod ueniant uel mittant commissio-nem ad plenum ad defendendum uel substinendum jura sua cum nauigijs que inde recedeant infra duos menses post preceptum factum. Et nichilominus scri-batur eciam duche et consiliarijs Crete quod si haberent aliqua jura in hoc faci-entia pro communi illa mittant faciendo notum predictis, quod si non uenerint uel miseunt ut est dictum procedetur in facto eorum absentia non obstante, sicut secundum justitiam, procedi debuerit et si consilium etc.

5

10

Tenor autem suprascripte petitionis talis est. Ducali benignitati eiusque honorabili et sapienti consilio cum omni reuerentia exponit uir nobilis Michael Cornario ciuis et fidelis uester suo proprio nomine ac uirtute commissionis quam habet a nobili uiro ser Marco Gradonico. Quod sicut notorium est progenitores eorum et ipsi iam, ex VIII annis elapsis tenuerunt et possiderunt pacifice et quiete absque alicuius contradictione casalle de Canneti et sancti Johannis Sca-lini tamquam rem que ad ipsos eorumque progenitores legitime et juridice spec-tauit et pertinuit lungissimo tempore preterito, ac presentialiter pertinet atque spectat tam per formam concessionis in arengo publico celebrate, quam per diui-sionem sexteriorum Crete facte per olim nobilem uirum ser Paulum Querino tunc ducham Crete in millesimo ducentesimo uigesimo tercio.

15

20

Nouissime autem dum ser Nicolaus Sacreto apportasset duche et consilia-rijs Crete quasdam ducales litteras per quas satis comprehendi potest, quod ducalis intentionis nunquam fuerit, quod diminuerentur in aliquo jura ciuium uestrorum, nobiles uiri ser Donatus Grioni tunc consiliarius Crete et ser Petrus Contareno ac ser Marcus Michael camerarij Crete super negotio ita antiquissimo et tam arduo et ponderoso et de quo duche et rectores qui fuerunt per tempora in Creta magne et notabilis auctoritatis conscientie nunquam se impedire uolue-runt, maxime cernentes longissimam possessionem predictam, et cetera jura uest-rorum ciuium predictorum processerunt ex abrupte, et absque illa existimatione

25

30



quam tantum negotium exigebat ad sententiam in predictorum ser Marci Gradonico et ser Michaelis Cornario grauissimum et intollerabile dampnum ac preiudicium manifestum. Que quidem sententia sicut clare hostendi poterit est expresse
 35 contra formam concessionis prefate in publica concione firmate, de qua se impedire non protuerunt et contra diuisionem sexteriorum ac catasticorum Crete. Quare cum ipsi ciues uestri sentiant se ab ipsa sententia minus legitime lata indebite agrauatos supplicant reuerenter suprascriptus Michael Cornario suo et
 40 nomine suprascripto quatenus considerantes labores et expensas, quas ipsi ciues uestri substinuerunt et substinent tam in dicta questione, quam in uia quam fecit dictus ser Michael Venetias ob causam predictam. Et quas fieri deberet si dictus ser Michael deberet expectare redditum suprascriptorum duorum camerariorum, dignemini per grossam subuentionem Excellentie Uestre uelut in casu
 45 simili fieri consuevit, eisdem concedere quod per dominos auditores sententiarum possint audiri super sententia suprascripta, non obstante absentia predictorum duorum camerariorum, uel quia questio suprascripta est de confinibus locorum qui de jure debent subici oculis, quia aliter cognosci non possunt, dignemini negotium seu questionem huiusmodi committere cognoscendam et terminandam
 50 per dominos ducham et consiliarios qui nunc sunt in Creta, coram quibus quelibet pars producere debeat omnes scripturas et jura sua, nam cum sint presentes in loco litigij poterunt confines oculata fide uidere, et questionem ipsam sine debito terminare obseruando formam concessionis predictae, postea cum iam dicti ser Marcus Gradonico et ser Michael Cornario plenissime confidant in summa
 55 justitia Excellentie Uestre, que dictos ciues uestros in suis juribus conseruauit. Supplicant dignemini sicut seruatur etiam in casu simili in insula Crete ordinare quod non spolientur possessione predicta in qua tanto tempore progenitores sui et ipsi fuerunt et sunt. quia offerunt se paratos prestare cautionem seu plezariam ydoneam de fructibus restituendis in omni casu, quo reperiretur ipsos justitiam
 60 non habere, nam si casalia predicta exirent de manibus suis disperderentur et totaliter in desolationem irent in maximum dampnum eorum.

20

Φοι113^{to} Διατάσσεται ὁ ρέκτωρ Σητείας καὶ οἱ μέλλοντες νὰ μεταβῶσιν, ὅπως ἐπιτρέψωσιν εἰς τὸν εὐγενῆ Φίλιππον υἱὸν τοῦ Δονάτου Δανδόλου κάτοικον Χάνδακος νὰ ἐξαγάγῃ ἐτησίως ἐκ τῶν κτημάτων του, τὰ ὅποια ἐκληρονόμησε παρὰ τῶν προγόνων του, σίτου σταρὰ 65 καὶ κριθῆς σταρὰ 45, καθὼς καὶ ἄλλα ὅσπρια ἐλεύθερα παντὸς δασμοῦ. 1353, Ἀπριλίου 29.

21

Ἐξουσιοδοτοῦνται ὅπως κατὰ πλειοψηφίαν ὁ Δόγης, οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετᾶνος ἐν Βενετία, ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης ἐν Κρήτῃ, οἱ ρέκτορες Χανίων, Ρεθύμνου καὶ Σητείας παραχωρῶσι